

*I fratelli Michele e Dorico figli di Pedrotto Pescio di Brusio vendono a Giovanni fu Betino Nussio, anziano della vicinia di Brusio, a nome dei vicini di Brusio un pezza di terra prativa e campiva di 21 stara alle Cornelie di Viano per il prezzo di 310 lire imperiali.*

Aquistum vicinorum de Bruxio eis factum per Michael et Dorichum fratres filios condam Pedroti de Pesio.<sup>1</sup>

In Nomine Domini Amen anno a Nativitate ipsius millesimo quingentessimo trigessimo septimo inditione uendecima die veneris nono mensis novembris. Michael et Dorichus fratres filii condam Pedroti olim Bernardi de Pesio de Bruxio communis Pusclavii fecerunt et faciunt venditionem datum et cessionem et totius suj iuris dominii et possessionis translationem et traditionem ad proprium et secundum usum et consuetudinem communis Pusclavii in manibus Johannis filii condam Betini de Nusio anziani vicinie de Bruxio ibi presentis stipulantis et recipientis pro se et nominibus et vice omnium aliorum vicinorum de Bruxio sive pa(u)perum Christi in dicte vicinie de Bruxio, Nominative de petia una terre prativa et campive iacente in territorio Pusclavii in montibus de Bruxio in loco de **Viano ubi dicitur in Cornellis** que est per mensuram stariorum viginti unius ad iustum mensuram predicti communis Pusclavii cuy choeret amane Domenici filii Petri de la Zala et partim Domenice filie condam Tony de Pesio ameridie suprascripti Domenici Petri de la Zala et partim Anote filie Augustini de Merla et partim Johannis Thome de Romano asero Johannis Jacobini et Marie fratribus et sororis filiorum condam Zanoti Petri de Romano et partim heredum Mathey olim Pagani Comini de Scenono et annullora suprascriptorum venditorum, salvo semper erore chorentiarum. Ita quod si alie vel aliter reperirentur suprascripte chorentie vel aliqua earum quod semper stetur veritati et in hoc instrumento venditionis semper intelligentur vere et iuste fore apposite et deducte et hoc cum omnibus suis iuribus et pertinentiis vijs accessis finantijs ingressibus egressibus et regressibus aschuis paschuis aquis aquaductis et aquarum iuribus et generaliter omni alteri iuri beneficio integrum spectantibus et pertinentibus (ita ut) predictus anzianus emptor pro se et nominibus utsupra habeat teneat gaudeat et possideat predictam petiam terre superius chorentiatam et venditam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et exinde de ipsa pro se et nominibus utsupra semper faciat et facere possit et valeat iure suo proprio quid quid facere voluerit et ey placuerit et sine vetu et contradictione suprascriptorum fratribus venditorum et eorum heredum et cuiuslibet alterius persone. Insuper suprascripti venditores predicto Johanni anziano emptori pro se et nominibus utsupra dederunt tradiderunt atque mandaverunt omne suum ius omniaque sua universa iura et omnes suas actiones comunes reales personales utiles directas et jpoticarias privilegia et prorogativas sibi spectantes et pertinentes spectantia et pertinentia quod quos quas et que habent vel habere poterant ante hoc instrumentum venditionis celebratum, preterea dederunt tradiderunt atque mandaverunt suprascripti fratres venditores predicto Johanni anziano emptori pro se et nominibus utsupra plenam parabolam et licentiam intrandi egrediendi et aprendendi corporalem possessionem et tenutam in et super predictam petiam terre superius chorentiatam et venditam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis. Quam vero venditionem et predicta omnia et singulla suprascripti Michael et Dorichus fratres venditores predicto Johanni anziano emptori pro se et nominibus utsupra promiserunt et solempniter per stipulationem convenerunt obligando omnia sua bona pignori presentia et futura perpetuo et omni tempore defendere et guarentare ab omni persona comuni collegio capitulo et universitate et hoc in pena et sub pena dupli pretii infrascripti et omnium expensarum solempni stipulatione premissa et deducta et ipsi venditores teneantur in se susipere omnem causam casum et litis eventum que monetur vel que exinde moneri contingerit et hoc a prima citatione inantea et denuntiatione premissa omnibus suis propriis dampnis expensis et interesse et eorum heredum et sine dampnis expensis et interesse suprascripti Johannis emptoris pro se et nominibus utsupra, et hec omnia in bonis dinarijs numeratis tantum et non in aliqua alia re contra voluntatem suprascripti emptoris pro se et nominibus. Unde pro qua venditione et pro predictis omnibus et singullis contenti et confesi fuerunt et sunt suprascripti fratres venditores se se recipise et habuisse a suprascripto Johanne emptore pro se et nominibus utsupra libras tercentum et decem imperialium in bonis dinariis numeratis et hoc in solutione et pro completa et integra satisfactione huius instrumenti venditionis et predictorum omnium et singullorum, renuntiando exceptioni dicte pecunie non date non recepte nec ita habite in toto nec in parte et huius instrumenti venditionis non ita facti et predictorum omnium et singullorum non ita factorum in toto nec in parte, et generaliter omni alteri iuri legum et auxilio alegationi exceptioni defensioni omniisque probationi in contrarium, et ad maius robur et ad maiorem firmitatem huius instrumenti venditionis et predictorum omnium et singullorum suprascripti fratres venditores juraverunt

<sup>1</sup> Scritta sul dorso della pergamena.

corporaliter ad sancta dey evangelia manibus tactis sacris scripturis se se perpetuo et omni tempore predicta omnia et singulla rata grata valida et firma habere tenere et observare et ne ulo tempore contrafacere nec venire aliqua racione et ocaxione iuris vel facti communis aut spetialis, renuntiando omnibus statutis consiliis legibus iuribus provixionibus et ordinamentis communis Pusclavii et cuiuslibet alterius communis factis et fiendis in contrarium. Et de premissis omnibus et singullis rogaverunt me notarium infrascriptum ut publice confitiam instrumentum unum et plura semper in laude viri sapientis\$ si necese fuerit. Actum Bruxii in domo habitationis Bernardini filii condam Jxepi de Galitia. Interfuerunt ibi testes ad hec vocati et rogati videlicet suprascriptus Bernardinus Jxepi de Galitia, Johannes filius condam Zanoti olim Petri de Romano et Pedrotus filius condam Jacobi de Jxepo et pro notariis Jacobinus et Petrus fratres filii condam Johannis de Gaspero omnes de Bruxio noti et jdoney.

(ST) Ego Johannes publicus imperiali auctoritate notarius communis Pusclavii filius condam ser Antonij de Caspano hoc instrumentum venditionis et predictorum omnium et singulorum rogatus tradidi et per alium<sup>2</sup> scribi feci et in fidem omnium premissorum hic me cum signo meo consueto subscripsi.

(Archivio parrocchiale cattolico Brusio)

---

<sup>2</sup> La calligrafia del notaio che ha redatto il documento non è evidentemente quella del notaio sottoscrittente Giovanni Paravicini di Caspano.